

Q. VI, 14,

BELLUM PRÆLIUMq;

de

X 1903315

II m
1450^a

SALINIS,

Cattos inter & Hermunduros
susceptum olim,

*Ex. C. C. TACIT. Annal. lib.
XIII. c. 57.*

illustravit

GEORG. CASP. KIRCHMAJERUS,
Wittebergæ,

A. clō lōc XXCVIII.

WITTEBERGÆ,

Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typo.

35

188

188

BIBLIOTHECA
POMICKAVIANA

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
HALLE
(SALE)



EX C. CORNELII TACITI

Ann. XIII. 57. 58.

Eâden^s estate inter Hermunduros Cattosq; certatum, magno prælio, dum flumen gignendo sale fœcundum, & conterminum, vi trabunt; super libidinem cuncta armis agendi, religione insitâ, eos maxime locos propinquare cœlo, precesq; mortalium à deis nusquam propius audiri. Inde indulgentiâ Numinum illo in amne, illisq; sitvis salem provenire, non ut alias apud gentes eluvie maris arefcente undâ, sed super ardentem arborum struem fusâ, ex contrariis inter se elementis, igne atq; aquis concretum. Sed bellum Hermunduris prosperum, Cattis exitiosius fuit, quia victores diversam aciem Marti ac Mercurio sacravere; quo voto equi, viri, cuncta victa occidioni dantur. Et minæ quidem hostiles in ipsos vertebantur.

§. I.

SALIS, Salt/ Sole/ HALÆ, HALLÆ, nominum origo, propter scriptionem, vestigari primùm debet. Sal Latinorum vox nec à saliendo, nec à salo, multò minùs sole, (ut eruditissimus in Commentar. de Sale Vir, c. i. statuit,) sed à Græco nomine ἅλς, ἅλως, deduci vulgò solet; quod in fœminino mare, ut in masculino sal significat, inversum per metathesin. **Q**uam in rem

A

rem

rem loca plurima adduxit, ex Poëtis atque aliis Scriptoribus, *Unzerus*. Germanorum tamen *Salt* nec à *Græcis*, nec *Romanis*, sed à *Gothis* antiquissimis, (vox enim *Celtica* primæva *Salt* & *Sole* fuit,) repetenda venit. Sole enim supra mille annos *Slavis Veneâs* *Sal*, & falsuginosus liquor, muria nativa nempe *Sôle* / veluti *Saxonibus* antiquis, hodieq; *Tataris* in *Chersoneso Taurica*, *Anglis*, *Specis*, *Danis*, *Salt* & *Solt* appellabatur: unde *Halas* quondam barbari vocârunt *Dobre Sola*. Hoc modo etiam *Ulphilas*, (qui floruit in *Mæsia* Episcopus *Getarum* Anno Chr. 360.) version. *Gothic.* ad N. T. apud *Stiernhielm.* in *Anriqvar. Sueo-Goth.* & *Glossario Ulphilitano.* Conf. *Bobuslaum* etiam *Balbinum* in epitoma *Bobemic.* rer. Unde gentes diversissimæ ac inter sese remotissimæ, ex matre vetustissimâ *Celtarum* lingua, non à *Græcia*, nec *Latio*, peperere tali nomen.

§. II. Paulò aliter cum *Hala*, nomine locorum, comparatum est. Illud quippe *Græcam* potius obtinuisse impositionem, haud abnuerim. Quantumvis, si per duplex L. scribatur accensenda sit *Vernaculæ* nostrati: siquidem *Hall/Halle* atrium, augustam domum, fornices venalium opsoniorum, carniû &c. designet propriè. *Anglis* hodieq; usitata sunt vocabula *Guild-hall*, curia municipalis, *Commun-hall* forum, *Witball*, Regium palatium. Sed de *Halla* audiamus *Barthium* *ἡλιου* ex *Adversar.* l. 4. c. 6. *Quæsitum*, & à nonnullis disceptatum memini, unde oppida illa, quæ *Sale* coquendo rem faciunt *HALLÆ* vocentur à *Germanis* nostris? Ego veterem *Germanam* vocem esse arbitror, quæ *Salinas* designet, eamq; *Græcam* simul, ut sunt innumera alia, *Græca* autem extat in *Glossario* *Cyrilli*; quo nullum elegantius onomasticon habemus, ἀλα *Salina*. Unde nec benè facere ii cognoscuntur, qui numero singularitatis usurpant eorum oppidorum nomina. Ut qui duplici liquidâ. *Hala* etiam

etiam (imò Hallæ) magna domus, amplave atria erant; ut scribit Rigordus de re Philippi Augusti, anno ejus quarto. Alie originationes Æneæ Sylvij, & Felicis Fabri; quas vide ap. istum lib. 1. Hist. Suev. p. CCVII. Hæc ille. Hæc celebres Austriacæ, Saxonica, Salisburgenses, Suevica, Hannonia, ac in Valle Oeni. Dicam nihilominus, quod sentio: videtur redolere pariter natales Celticos, vox Halle. Anglis certè & Saxonibus Gothisque, priscis, jam tum post natum Servatorem quarto seculo significabat atrium, Augustæ domus spacium, & concamerata loca. Hinc in sacris celebratur die Halle Salomonis; ut Londini Witball: Aut Franco-Galorum Halle nomine vocatur forum, quod à conventu leproforum statuit Philippus Aug. intra Parisior. Urbem, quod extra eam pro rebus fuerat venalibus, à Mercatoribus exponi solitis; prodente Gaguino in Philippo. Non malè igitur Cluver. Germ. Antiq. l. 1. c. 45. Halle, inquit, est atrium Palatij vocabulo Celtarum veteri. Telum inde, quod vulgò nunc appellatur Hållebard nil aliud significat, quàm securim Palatinam; quæ Regum atque Principum satellites armantur, ut custodes corporum. Bipennes Lexicographi exponunt: Claudius Faucher (lib. de la milice & armes,) Alebardas frustra nominat, recentiusq; opus statuit Alemanorum & Helvetiorum, An. 1475. sub Ludovico XI. in Gallia ad usus bellicos adhibitum. Sed nos regredimur in viam.

§. III. Classicum paratur hîc: ad arma canitur: civile bellum inter gentes sanguine communi cretas, potentissimas, vicinas, & Germaniæ penè principes, suscipitur, in causa Salinarum. Ex parte una Catti, ex altera Hermunduri occurrunt; cladem funestissimam minantur; mutua ad arma ruunt Germanorum pectora. Latissimis hæc oculis & auribus Romani usurpabant. Tacitus in primis gaudet, dum in pari casu, quo excisis Brucleris Chamavos Angrivariosq;

A 2

riosq;

riosq; in priorum immigrasse sedes refert, in, de Germanorum moribus, libello aureo: *Favore quodam erga nos deorum factum: non armis telisq;* Romanis, sed, quod magnificentius est, *oblectationi oculisq;* (nostris) ceciderunt. Optat ergo Scriptor acer,

Ut redeant tristes tot modo sæpè dies!

Maneat queso duretq; gentibus, (his) si non amor nostrî, at certè odium sui: quando urgentibus imperij fatis, nihil jam præstare fortuna majus potest, quàm hostium discordiam. Instruxerat jam olim ludos similes discordiarum *Drusus* suo cum *Germanico* Germanos inter. Operæ videtur pretium scrutari singula tam memorandæ, pro emolumento salinarum, stragis: *tempus, locum, sal & salinas, causam belli hujus impulsivam, principium ex utraque parte, votum, cum eventu.*

* §. IV. Optimè consuleretur veritati, si, quemadmodum à *Cyriaco Spangenbergero*, Ecclesiæ superiore seculo Decano apud *Mansfeldenses*, historia hæc explicatur, maximè è *Tacito*, à nulla parte contradictionem pateretur.* In *tempore* primùm definiendo, etsi rationes nullas neq; characteres Chronologicos addiderit Historicus, & undecunq; hauserit, rem acu tamen tetigit. *Georgius Fabricius* l. 1. rer. memorab. Saxon. nudâ pariter assertione retulit ad Ann. Chr. LIX. imperii Neroniani alterum; *Calvisius* ad Ann. quinquagesimum octavum. *Cluverus* in Epitoma Histor. Orbis, ubi res turpiter à *Nerone* gestas, certaminaq; de salinis memorat, in margine assignat A. Mundi 4033. qui, juxta *Fuaccium*, responderet A. Chr. LXXI, errore manifesto. Plurium opiniones non attingimus, confirmaturi argumentis solidè pro Anno Sexagesimo assertionem. Si antecedentia cum consequentibus historiarum *Taciti* Annal. XIII. examinemus, & conciliemus cum

Capi-

Capitolinis Fastis, Coss. fuerunt Romæ, C. Vipsanius & Fontejus Capito, Anno Urb. Con. 811. Mundi 4023, Chr. L XI. Hic autem proximus à prælio Hermundurorum Cattorumq; memorabilisq; fuit, Solis, pridie Kalendas Majas, defectu, teste Plinio, Hist. Nat. l. 2. c. 70. Manifestus locus illà de re Taciti Annal. 13, circa fin. & init. lib. 14. Antecedentem nempe annum proximùm obsignat prælio hoc, atqve arescente Ruminali arbore, quæ supra octingentos & quadraginta annos dicitur stetisse; cap. 57. & 58. Eadem inqviens, æstate inter Hermunduros Cattosq; certatum, magno prælio. Sequentem librum pariter annumqve ita auspiciatur: C. Vipsanio, Fontejo Coss. diu mediatum scelus non ultra Nero distulit, coalit à audaciâ & flagrantior indies amore Poppæ. Anno isto sexagesimo Pro-Consul Syria, Corbulo, Armenia Regem, Tyridatem fugat, Regniqve caput Artaxata ignibus comburit & adæquat solo. Tacitus de his prolixè libro XIII. à cap. 40. Idem antea: Nerone tertium Consule simul inijt Consulatum Valerius Messala. c. 34. Sexagesimus à nato Servatore annus hic. Mox subdit capite eodem: Ejus anni principio prolatum inter Parthos Romanosq; de Armenia obtinenda bellum &c. Cap. 50. Eodem anno crebris populi flagitationibus, immodestiam publicanorum arguentis dubitavit Nero &c. Ad eundem annum respicit cap. 57. n. 1. Eadem æstate certatum. Sed & digna observatu verba sunt c. 53. n. 2. Ille (Paullinus) inchoatum ante tres & sexaginta annos à Druso aggerem, coërcendo Rheno, absolvit. Fossa verò Drusiana ducta est à Druso, Coss. Martio Censorino, Cajoq; Asinio Gallo, ante Chr. natum integro triennio. De tempore sic constat.

§. V. Nunc de loco simus etiam solliciti: *Ubinam gentium pugnatū de Salinis fuerit?* Potissima Scriptorum pars

pronunciat pro fontibus *Halenf.* salinis; *Brotuffius* 2. *Chronici Martisburgens.* 4. *Iust. Lipsio*, *Birckbeimer* 9, & *Jodoc. Willich.* (in *Comment.* ad *Taciti* hunc locū,) *Albin.* *Chron. Misn.* Tit. 3. *Georg. Agricola* (l. i. de iis quæ effluunt ex terra,) *D. Unzer* de Sale, *Philipp. Cluver.* *German. Antiqu.* 3, 5. *D. Gottfrid. Olear.* (*Halygr.* art. i. c. 4. ubi alii adhuc allegantur;) & laudandus loco principe Magni Principis Magnificus *Con-*
filiarius, & *Salinarum Comes*. *Dn. D. Fridericus Hondorf-*
fius in *Salinarum opere*. Ut meritò mirari liceat, cur à communi hac sententia discesserit, post *Chericum*, *Incom-*
parabilis Conringius? Ac ille equidem in *Homiliis editis Islebie* à sal. fontibus denominatis, Anno 1594. pro *Fran-*
ckenbus fert sententiam, secundà *Concione*: cum nec flumen ibi inclytum, aut sale nimiùm foecundæ scaturi-
gines occurrant. Hic autem peculiari olim, *AO. 1639.* ha-
bità de Sale, Nitro & Alumine, *Hieronymo, Jordano, Brun-*
svicensi, *Resp. Dissertat. th. XIV.* *Multi verba Taciti, de*
fonte quodam falso accipiunt, atq; illo quidem, qui Halis
Saxonice celebratur. Sed illos erroris facile coarguit, quòd
Catti tùm vixerint trans Thuringicam sylvam, quæ Bacenis
Cæsari est, b. e. in Franconia, Hermunduri usq; ad Danubi-
um, ab Albis seu Egræ potiùs fonte usq;: (quod alibi pro-
batur) quæ terra procul ab Halis sunt Saxonice. An cer-
tamen fortè fuit de eâ scaturigine salsa, quæ in Elboga-
no est? cujus Agricola meminit, hisce verbis l. 3. Fossit. In
Elbogano propè Schönbachium palustris scaturigo perexi-
gua de sale canescit æstivo tempore. Quæ olim fortè flumi-
nis justii nomen potuit mereri.

§. VI. Nolim quidem cum beatis manibus *Conrin-*
gianis hic contendere; cum illo, qui ex publicis ipsius *dis-*
fertationibus depromsit hæc & sua fecit, nunc experiar.
Quòd Catti vixerint tunc trans Thuringicam Sylvam,
quæ

quæ *Bacenis* *Cæsari* sit, in *Franconia*, pugnat primùm cum historica veritate, si simpliciter ac exclusivè capiatur; deinde non probari potest, per *Bacenis* apud *Cæsarem* intelligi *Thuringicam* debere *Sylvam*. Illud potiùs ex *Tacito*, *Dione*, *Ptolemæo*, (quod dudum demonstravimus in Commentario de *Germanorum* moribus,) & aliis ostendi potest, inter *Salam*, *Mœnum*, *Rhenumq;* & *Visurgim* veteres habitasse *Cattos* isto tempore; *Thuringiam* proinde *Hassiamq;* omnem cum *Fuldensi* *Abbatia*, *Grubenhagiensem*, *ditionem* & *Nassoviorum* agros, *Wittgensteiniumq;* Comitatum ac non modicas *Franconie* infedisse portiones. De *Baceni* *Sylva* constat, illum veteris *Hercynij* immensi saltus tractum capi oportere, qui vel ad *Melibocum* montem, (vulgò den *Droctoder* *Blocksberg*) pertinet; secundum expositionem Viri Celeberrimi, *Meibomij*, in dissert. erudita de *Metallifod. Hartzic.* origine; quam dudum approbavit etiam *Willichius*, *Volaterranij* præferens opinionem; qui corruptum apud *Cæsarem* *Bacenis* nomen iudicavit pro *Hartenis*, aut *Hartzenis*: vel cum *Conrado Celte* *Sylvam Nigram*, den *Schwarzwald*/admittendam esse. *Sylva* etenim *Bacenis*, juxta *Cæsarē*, objecta pro nativo muro, prohibens injuriis incursionibusq; *Suevos* à *Cheruscis*, hos ab illis; quod de *Thuringorum* saltu (qui *Gabreta* dicitur *Straboni* atque *Ptolemæo*) commodè non potest explicari. Plures urget rationes in *Germania* *Antiqv.* l. 3. c. 5. nec non alibi *Cluverus*; cujus scrinia non expilamus.

§. VII. Pergimus ad reliqua *Jordani* verba: *Hermunduri* usq; ad *Danubium*, ab *Albis*, seu *Egra* potiùs fonte, &c. Novi equidem & *Tacitum* sustinuisse, in *Hermunduris* oriri *Albim*, ex errore; quia sic audivit tantùm; quæ ipsius verba sunt de *Albis* ortu. Accuratiùs *Vellejus* scripsit, præterfluere *Hermundurorum* fines *Albim*. Si ab *Albis* fonte de-

te deducendi veniunt *Hermunduri*, omninò extendendi horum limites ad juga *Gigantea* sunt *Silesia*. Propè vallem enim, dictam *Zeufelsgrund* / haud ita procul *Schmidebergâ* *Albis* oritur. Deinde nulla est connexio viciniaq; inter *Albis* scaturigines & *Egræ*. Ille orientem, hæ meridiè respiciunt; Illæ in *Silesia*, hæ in *Nariscis*; illæ cornua *Gigantum*, hæ *Piniferi* insana juga spectant. Mensibus Augusto & Sept. A. 1686. iter illac fecimus, fontesq; fluminis *Egrani* è *Pinifero* ad *Heidam* defluentis, salutavim9 itinere ad thermas *Carolinas*. Rationem additam examinemus nunc: *Hæ terre procul ab Halis sunt Saxonis*. Si de utriusqve fluminis expositâ origine hæc capias, rectissimè! sed si de *Sala*, minimè. Ponamus tamen interim, certamen populorum de *Salinis* contigisse in *Elbogano* tractu, thermis dictis *Carolinis* vicinissimo; an illic, *Cattos* cum *Hermunduris* certasse, affirmabimus commodiùs?

§. IX. Unicus nos malè adhuc habet scrupulus, quem eximemus. Provocatur nempe ad *Agricolam*, qui lib. 3. fossil. In *Elbogano* propè *Schönbachium* palustrem scaturiginem per exiguam de sale canescere, estivo tempore; quæ olim fortè fluminis *justi* nomen mereretur. Nollem egomet prodigere tam levi conjecturâ fidem. Quæ enim consequentia: In *Elbogano* per exigua palustris scaturigo salis. Ergo fortè olim *justi* fluminis implevit ibi nomen. Quæro, ubi fuerit, aut hodièq; sit in *Elbogano* tractu, præter *Egram* atq; *Töplam*, flumen *justi* nominis? Ego equidem, cum isthac viâ proficiscerer, in itu redituq; haud observare potui; nec ullus hætenus mortalium. Deinde non in *Elbogano*, (cujus caput dicitur *Fabricio Ancona*, ut *Helennobigium Aventino*,) sed *Egrano* tractu salis scaturigo per exigua occurrit. Hinc *Acidula Egrana*. De his autem nec bella-

bellatum olim; neque notus in *Bohemia* dependet inde
 fluvius; ne mediocris quidem, atque ille porro falsus. Et
 quantis sumtibus redimerent *Bohemi*, si quis ipsis illam re-
 gione salis aperiret fontes? Flumen laudat *Tacitus* gignen-
 do sale inclytum, conterminum *Hermunduris Cattisque*,
 praelio ingenti dignum. Denn weil dasselbe/ (verba sunt
Albini ex Misn. Chron. p. 85. seq.) wie noch heutiges Tag
 ges für Augen/ ein edel und theuer Kleinod eines Landes
 ist/ haben die Catti, so sonst mächtig gewesen/ und wel-
 che der Nuß in die Augen gestochen/ sich zu ihren Nach-
 barn genöthiget/ und vielleicht ein Ursach vom Zaun ge-
 rissen/ einen Lermen mit ihnen anzufahen/ dadurch sie die
 Salzbrunnen möchten erobern/ und ihr Begierde ersätti-
 gen. — Es ist aber dieses ohne Zweifel von dem Hällis-
 schen Salzwerck zu verstehen/ so disseit der Sala auf dem
 alten Meißnischen Grund und Boden gelegen; wie es die
 Gelährten noch auf diese Zeit *Halam Hermundurorum*
 nennen/ ob es wol icht gemeiniglich und fürnehmlich des
 nen Sachsen zugerechnet wird. &c.

§. IX. Meretur seriò expendi *causa* belli hujus *im-*
pulsiva, hoc divinum beneficium, quod nec gentiles igno-
 rarunt planè barbari, religione insitâ, ut *Tacitus* interpre-
 tatur: *Eos maxime locos propinquare celo, precesq; mor-*
talium à deis nusquam propius audiri. Inde in-
dulgentiâ Numinum illo in amne, illisq; sylvis sa-
lem provenire. Jam quis sacer ille amnis? quæ sylvo-
 sa illa loca salis inclyta proventu?

Hæc Tacitus Latia Scriptor gravitate vetustus

In libris voluit non reticere suis.

Cattorum ad Sala flumen sub finibus, atq;

Hermundurorum nota salina salo.

B

Ob-

Observentur verba tantum: *Flumen gignendo sale fecundum, & conterminum*. Conterminum utriusque genti flumen iusti nominis à salibus nobilitatum, præter *Salam*, nullum definire licet aliud. Rectè igitur *Brotuffius* 2. *Chronic.* *Merseb.* 4 scribit: Die Catti haben nach Mitternacht und Morgen mit den Cheruscis und Hermunduris gegranset; und ist das Wasser/ die Sala/ ein Scheidung zwischen der Catten und Hermundurorum Land gewesen. Idem paulò antea ibid. f. 560. Die alten Schwaben/ welche man Hermunduros genandte/ haben anfänglich die Salza Quelle zu Hall in Ober-Sachsen an der Sala/ in derselbigen Wüstung der Sümpffe eröffnet/ geräumet/ verfasst und gebauet. Ad eosdem *Sala* terminos referri possunt, *ὡς ἐν πλάται* plures aliæ sub ditione *Magdeburgica* *Salinæ*; fontes duo, *Saltza-magna*, totidemq; apud *Stassfurtenses*; fons unus *Sola*, atque alius *Süldorpy*; de quibus consulatur *Salinarum Comes* ipse Nobilissimus, *Dn. D. Hondorff*. in fin. operis *Halensium* salini. Conterminum, hoc modo, illis flumen dici potest commodè; sed an *fecundum sale* pariter? Sic quidem ex errore, *Tacitus*, dum subdidit: *illo in omnem salem provenire*.

§. X. Examinauda paulò altius *Natura* impositioq; vocis *SALÆ*. Etymon antiqui nominis evolvit diligenter, post *Verelium*, in veteri *Uppsalia*, non ita pridem Celebrimus *Rudbeckius* Cap 9. operis *Atlantic.* f. 417. Negamus nos, à sale *Sala* nomen datum, sicuti à sale *Salisburgum*, *Halas*, *Salzam* aut *Salzungam* appellarunt. In *Sala* flumine sal nullibi notabilis; sed aqua dulcis quaquaversum fluens. Arctissimè custodiuntur salinar. fontes à *Sala*. Nulla est ad *Sala* ripas in *Jenensi*, *Salveldensi*, *Curiensti* tractibus superioribus vel salis aliqua memoria, vel copia. Jam fontes *Sala* etiam dulcissimos quæramus! ubi verò

verò? in *Pinifero*? Sic quidem creditum huc usque & ab inclytis Scriptoribus, Historicis, Geographis, Poëtis, Physicis; *Conrado Celte, Brotuffio, Bruschio, Willichio, Agricola, Albino, Mercatore, Hondio, Cluvero*, aliisque, hic prolixius non adducendis, traditum, de quatuor, in mundi plagas quatuor fluminibus, ex unico fluentibus *Pinifero*. Invitustot tantisque contradico; cogor tamen veritati, cogor oculis habere fidem. Scio, *Manum* cum *Egra, Nabumq;* scaturigines *Pinifero* & summo stagno in cacumine, debete. Nego interim, debere illas illi *Salam*. Milliari uno alteroq; distat à *Pinifero Monachomontum*, (*Münchberg*) in ejusdem sylva (unter den drey Hieben/ ut vocantur) *Sala* oritur, petitq; *Variscorum Curiam*, & justifluminis mensuram implet ibi, indeq; meretur nomen. *Sala* ab antiquo Germanorum voce *Saal/ Palatio*, aut *Curia*. Quemadmodum *Upsalia*, ab *up Sala/ Sveonum*; vetustissima metropoli, & à *Sala*, sive *Isala* (in fossam *Drusianam Rheni*, influens *Zutphaniam, Daventriamq;* versus) *Franci Salij & Salici* vocati; testimonio *Pontani* Iolido l. r. Origin. *Francic.* c. 9. ita non sufficienter constat, à *Francia Salisburgo, Ganerbinor.* antiquor. castro, Regia, *Conradi* olim *Salici*, quod *Sala* flumen aliud, distinctum ortu, exu ambituq; alluit, vocatam legem *Salicam*; ut censuit *Webner.* observat. practic. c. 2, p. 189. nuperque admodum in Lex. ad hanc vocem *Hofmannus P. P. Basiliens.* Quicquid de his deniq; habendum sit; elogio contenti sumus *Leonhardi Thurneisseri*, toto quondam Orbe noti versatique, opere de Aquis mineralibus in primis lib. 7. c. 37. f. 254. Wir haben hie nicht ein klein Wunderwerck der Natur / und unter allen andern Salzbrunnen Europæ, am Fluß den reichesten zu beschreiben. Dieser ligt im Land zu Sachsen / innerhalb der Bischöfflichen Stadt Hall. &c.

§. XI. Memorata hæc de fonte *Sale*, sine sale sunt: nunc de Salinarum ibi fontibus adjiciamus pluscula. Tametsi muria pro pluribus sufficiat effodiendis, singulari tamen cautum interdicto est, Ao. 1263. ab Archi-Episcopo *Ruperto*, ne plures, quàm occurrunt hodieq; quatuor, in usu sint. Præcipuus *Teutonicus* (der *Teutsche Born*) alter ab Anno frugi, (der *Gut Jahr*) tertius à nomine *Slavorum*, (der *Meteris*) quartus denique à familia illustri dictus, *Hacke* sive *Hageborn*. Posteriores duos ab *Hermunduris* antiquis dictos refert eadem in *Chronic. Mansfeld. l. i. c. 3. Cyriacus Spangenberg.* cum tamen *Venedorum* nomen barbarum Autorem prodat *Meteris*; & de postremo manifestè scripserit *Brotuffius 2. Chronic. 4. f. 574. Nach etlicher Zeit* (loquebatur autem de Comitibus *Weth. ni*) sollen die Freyherrn von Hageborn / etwa zu Hollöben im Dorff / in der Bey gessen / den Hageborn erbauet haben / welche Herren des Geschlechts der alten Schwaben gewesen. *Aquæ salis* tam interdium, quàm noctu improbo labore exantlantur, atque accurato ordine per officinas *Salis* atq;ve *casas* (*Salzfothe*) centum & duodecim (de quibus sigillatim egit Comes Salinarum laudatissimus *Hondorffius c. 12.*) distribuuntur. Fontium istorum scaturigines qui nobis propius detexerit, insignes meritorus gratias *Apollo* cluet. Vitis non vertat nobis *Lector* innocens scrutinium, si statuerimus, *salsuginosa* & communia inter lacum *salsum* magnum & profundum (juxta *Seeburg* / quâ *Halis* pergitur *Islebiam*) primordia à diluvii, aut planè Orbis conditi primordio, antiquissima. Mineralium ac Metallorum primus autor ac *δημιουργός* omnipotente verbo *FIAT* vim *πολλὰ πλάσασθην* salinis his & aliis impressit. Terræ pariter, & maribus divinam tribuit foecunditatis *εὐλογίαν*. *Salis* nempe spiritus (de quo

quo subtiliter philosophatur *Thurneisserus* lib. 1. operis
 Aqv. c. 6.) terræ isthuc insitus saluginosæ, saturare vel
 inebriare solet aqvas, per canales subterraneos labentes,
 ut salugine inficiantur, atque infra flumen profundissi-
 mis meatibus, salinis affluant ibidem excavatis. *Plinius* ex
 tripode profectò dixit in Hist. Nat. l. 31. c. 4. *Tales sunt*
aqvæ, qualis terra, per quam fluunt. Nec minus
 sapienter *Thurneisserus* l. 1. f. 5. Wenn ein Berg so groß
 als Engelland von Salz were / so würde mit der Zeit durch
 Tag und Nacht immerwährendes fließen / derer Waser-
 strömlin / der Berg da lest vorlängst gar hingestossen / und
 nicht mehr vorhanden seyn; & quæ ibidem urget alia mo-
 menta; quibus conficit: à salis spiritu inficiente aqvas, &
 incluso terris istiusmodi saluginosis salem propagari. Sic
 & Aluminosam terram novimus exhaustam semel si in
 subdiales congeratur cumulos, post annos aliquot concipe-
 re alumen novum.

§. XII. Ipse cùm huc Anno 1686. proficisce-
 rer, ab Islebiensi reditu admonitus ab Excellentiss. Genero-
 sissimoq; Chiliarcho, DN. Bar. de *Phuel*, (qui & MSC. mihi
Helffiani olim monasterii ostendebat Chronicon,) ut de-
 gustarem falsi lacûs latices, ἐπιπυρρὸν φῶρον deprehendi verum.
 De profunditate aliquid addebat; observavi etiam ad sen-
 sum altiores ab *Islebia* descensûs ad viciniam *Halensem*.
 Nunc recordor de Salinis, quæ ad vastissimum fuerunt
 quondam istud stagnum. Manifestè illas produnt verba
Spangenbergij l. 1. Chronic. Mansfeld. c. 332. *Mense*, scribit,
Februario, Anno 1452. hat sich Graff Günther mit den Præ-
 laten und Städten verglichen des Salzwereks halben an
 dem gesalzenen See. *Qvin & Albinus* noster Chronic.
 metallic. f. 108. disertè: Anno 1452. ist ein Vergleich ge-
 schehen

sehen wegen des Salzwercks an der gesalznen See.
 Ut ideò mirari liceat, cur factum memorabile hoc non
 prodiderit optimus diligentissimusq; autor Halygraphiæ
 Topo-Chronologica ad istud tempus, Dn. D. Olearius, Gott-
 fridus, Præsul diu meritissimus de suis. Transeo eluvio-
 nes frequentissimas nec à nivium solummodò & exundan-
 tium aquarum Salæ copia sæpissimè obortas; nubium,
 ut appellantur, fragmina & singulares inundationes urgeo,
 interq; istas eam, quæ Augusto mense Anno 1203. ibidem
 accidit: Da Wimmelburg über den halben Theil verdor-
 ben/ Eisleben bey nahe gar ersoffen/ Häuser und Stelle/
 sambt den Menschen in und an dem See todt gefunden wor-
 den. Spangenberg. l. 1. Chron. c. 241. f. 287. Dudum sa-
 nè diluissent falsi lacus muriam ac avexissent, nisi nova
 semper alia succederet scaturiendo. Etsi mons falsus e-
 tiam, Wigando teste, ad Seburgum sit; non tamen suffecis-
 set solus.

§. XIII. Ut pateat autem apertissimè, Saxonicas
 ad Salam tantùm, nec salinas alias à Tacito indigitari, addu-
 camus singulas Germania nobiliores; quales sunt, ex Alpha-
 bethi ordine Altendorfses-Hass. Artherens.-Mansf. Asc-
 niens. Austriaca, Antbalens. Awenlebens. Bibergeilens. Bo-
 densfeld. Bosorens. Colbergens. -Pomeran. Cranachana in
 Franc. Creuzburgens. Dalheimenses, Detphoriana, Drecko-
 dens. *Erdebornens. Erbacenses, Franckenhusana, Grossen-
 salzens. Halenses - Saxonia, Suv. Tyrol. Herenses, Kothens.
 Longosalissan. Luderens. Fuld. Luneburgenses, Neoheimens.
 Nidenses, Orbens. Ortrenses, Rambergenses, Reichenballen-
 ses, Rotenbergenses, Salisburgens. Saltzungenses, Saltztha-
 lens. Saltzdipper, Saltzgittel, Saltzhemmersdorpb. Soblen-
 ses, Soludorpb. Scheifeldens. Schöningens. Soltquellenens,
 Stassfurtens. Sulderfens. Sulzenses, Sanens, Tbalenses, Tiro-
 lenses,

lenses, in Valle Oeni, Traunkirchens. Ufliana, Unardiens. ac
 Werrenses in Westphalia. De tribus Salinarum in Ger-
 mania generibus monendum singulariter, primumq; de
 Allendorphensibus in Hassia, ad flumen Werram. Profilit
 in plano fons sub lapide, apud montem, quem den Hain
 nominant; & quod notatu dignum, non solum sub eodem
 saxo aqua salsa, verum dulcis etiam scaturit. Ne autem
 duæ diversæq; aquæ hæ, sub uno profluentes saxo, fontes
 geminos constituyente, confundantur iterum, tres machinæ
 hydraulicæ erectæ sunt, quæ per canales alias ad machi-
 nas educunt salinam, & distinctè dulcem aquam. Aqua-
 rum istiusmodi ex uno loco diversissimarum profluentium
 rationem in meatuum diversitate ac pororum sitam esse,
 statuit Vir Celeberrimus, Collega honorandus, Dn. D. Job.
 Jacob. Waidschmidt/ Archiater Hassiacus, P.P. Primar. Mar-
 burg. dissert. nuper edita, n. 23. & 24. de orig. sal. font. De-
 inde de Lunæburgensibus & Brunsvicensibus notandum est,
 detectas eas demum ampliore usu An. 1269. (monente
 Cranzio Alberto in Sax. l. 8. c. 27.) à Jobanne, Alberti Du-
 cis fratre. nam usque ad id tempus vena fluxit tenuis, nu-
 data porci (qui ad memoriam servatur infumatus, inque
 partes 4. dissectus) ore. Enumeravit illas ordine metal-
 licar. rerum Præses Domûs Lunenburgica dexterrimus,
 Lohneisen part. 5. Ordin. Metall. f. 341. Unter allen Landen/
 inqviens, ist das zu Braunschweig mit X. unterschiedlichen
 Salzwercken von Gott gesegnet; als nemlich Salz Ju-
 lius Halle/ Salz Hennendorff/ Salz der Helle/ Salz Dao-
 lem/ Neustadt an der Harzburg/ Meyersdorff/ Schönin-
 gen/ Winter/ Popenburg und Meyersdorff. Tertium de
 Oeno-vallis sale naturali partim, partim artificiali observa-
 mus apud Thurneisserum lib. 5. c. 39. f. 132. Denn es ist
 ein Salz-Erz/ und nicht ein Wasser/ wie zu Lüneburg und
 Hall

Hall in Sachsen; sondern es wird das Wasser in die Salz-Gruben (die erstlich etlicher Masse geöffnet) gelassen/welches das Salz an sich zeucht / und die Gruben oder Zechen gar weit ausfrisset / und wenn es sein Gewicht hat / das ist / wenn es Salz genug an sich gefasset hat / (welches man aus Ausziehung des Gewichts spühret /) so läset mans in Rinnen eine grosse Meil weges bis in das Pfann-Haus fließen / da es in grossen eisernen Pfannen zu Salz gesotten wird ; solche ausgezogene Zechen verwachsen hernach wieder mit Salz / &c. De omnibus ac singulis si fiat nunc subsumtio, ad alias Salinas nullas Taciti mens respicit, quàm ad Saxonicas Halenses.

§. XIV. Extrahendi salis modos aliquos, sed simplicissimos enumerare placet. Hi nimirum, ut Salinae ipsae, differunt. Sal quippe (verba sunt Kircheri lib. 6. Mundi subterr. sect. 1. c. 4.) vel naturale est, vel artificiale. Illius aliud marinum, terrestre, fluviale, lacustre, fontanum, arenariumq;. Hoc fit (1) coctione ex salsuginosa terra, & aqua marina; (2) exsiccatione è palustri aqua, arenis & urinis; (3) incineratione, triplici ex Regno. Quantum ad simpliciores salis extrahendi modos attinet, in Gallia Santonibus conficiuntur foveae quadrangulares, pedum trium altitudine; in quas per aquaeductus aqua marina, quantum satis est, immittitur; hæc sic inclusa per sex septemve dies insolari, & sal inde comparari solet. In Italia etiam Ravennam inter & Casenam, circa Cervia oppidulum, Salinae plurimae occurrunt. Tempore æstivo ex coagulata muria marina sal paratur, dictâ ratione. Levinus Lemnius lib. 3. de occultis Naturæ mirac. c. 9. scribit: Majores nostri olim salem confecerunt quæstu uberrimo, non ex aqua marina, Solis ardore in salem concreta, quæ ex Hispanis & Gallis ad nos (Zeelandos) adfertur; sed ex maritimis globis

bis exustis, atque in cinerem redactis, quem infusâ aquâ minutatim in sal reducebant splendidum. *Nec alio salis genere tota Belgica ad nostram usq; memoriam usa est.* Excoctatus est & alius, non minùs quæstuosus: siquidem advecto ex Hispaniis atque Aquitanico sinu rudi ac nigricante sordidoq; sale, exempto limo, excoctisq; sordibus candidissimum id efficiunt nostrates, rebus adservandis aptissimum. *Hec ille;* In defectu melioris, constitutus in barbarie, interq; maria & saxa, Annis abhinc pluribus *Volquardus Iversen*, Itiner. Ind. Orient. l. 4. c. 7. prodidit memoriâ, f. 194. In der Insel *S. Mauritij*, weil wir kein Salz hatten/nahmen wir eine Art Salz zu machen vor / wie ichs in *Ambona* gesehen. Nemlich wir legten auf einen blatten Steinfels viel Holz zusammen/zündeten es an / und gossen immer See/Wasser darein; und wenn es zu Aschen gebräut/thaten wirs in ein leinen Tuch/ gossen Salz/Wasser drauff/ und machten Lauge; selbige kochten wir in Coqvernüss Schalen/und bekamen gut weiß Salz; über welches unsere andere Partheyen sich verwunderten/ und lerneten solche Salzsieder/Kunst auch von uns. Hoc illud rude artificium, censeri debet, quod describit *Tacitus* hoc loco; nisi quòd substituit lacutrem pro marina aquam: *Non eluvie maris arefcente undâ, sed super ardentem arborum struem fusâ, ex contrariis inter se elementis, igne atq; aquâ concretum.* c. 57. n. 2. Artificialem, hodièq; usualem salis excoquendi modum referunt prolixiusculè *Agricol.* lib. 12. metall. rer. *Matthes.* in *Sarepta*, *Unzer.* c. 13. de Sale, nec non *Dn. Hondorffius* cap. XIII.

§. XV. De sale fossili adjiciendum etiam non nihil. Est hoc terreum, nativum, & eruitur ex montibus, fodinis, campis. Montes singulos exponere feraces salis, instituti nostri non est. In exemplum sistimus illustriores quos-

C

dam,

dam. Notus apud *Plinium* H. N. 31, 7. *Judeorum Oxomenus*, in quo sal, lapicidinarum more cæsus, adeò renascebatur, ut *proventus major, quàm ex auro atq; margaritis*, Regibus accederet ex eo. Fallimur? an hic est, qui in Insula vicina *Jndis Ormutz* reperitur? salis fertilissimus acerrimi; ut tota penè Insula sal esse videatur. Autor est *Gerundius Hispanicor.* Paralipom. l. In *Cardona* Comitatu *Hispania Tarraconensis* montem esse, sale plenum, succrescente semper novo; eà copià, ut, quantum usui necesse sit, vicinis regionibus sufficiat. Cæditur in monte *Carpatho* sal gemmæ inter *Transylvanos Saxones & Ceculos* communi, juxta *Tordam* (*Torrenburg*) in Comitatu *Colossensi*. Diese Stadt (ut memorat in *Dacia veteri & nova*, l. 4. c. 14. *Job. Tröster*, Scriptor patrius,) wird wegen des allerreichhesten Salzbruchs / so daselbst ist / von alten und neuen Scribenten sehr gerühmet; daraus vor Zeiten dem König in Ungarn / nun aber dem Fürsten in Siebenbürgen jährlich ein großes Geld einkommet. *Petrus Petrejus* autor est in descriptione *Russia*, duobus milliaribus ab *Astracano Tatarorum* urbe celebri, ingentes montes geminos salinos reperiri; in quibus tanta salis copia se offerat, ut *si viginti, vel triginta millia hominum quotidie ligonibus, vel ferramentis alijs frustra sasis grandia hinc cederent, ne minima tamen pars detracta esse videatur ab immensa mole. Imò, quò plus salis auferatur, eò in majori quantitate sal recrescere ac adaugeri.* Miror, hæc securè credi adeò à Viris magnis, hinc non nominandis. Vidit illis equidem in locis montes fodinasq; salium complures *Olearius* in *Itiner.* l. 4. c. 7. & 10. tales nihilominus haud ibi vidit tam immensâ salis copiâ luxuriantes montes. Ein solcher Berg ist in diesen Landen (scribit f. 373.) nicht zu finden; mag sich in Utopien verschoben haben. Von den Salzpfützen aber

aber ist's gewiß / daß iemehr man die Salz-Schollen das
von abnimmet / iemehr sich wieder darauff setzen; weil es
denen reichen Quellen an der Erde nicht mangelt. Plures
alios salinos montes retulit *Unzerus* de Sale c. 3. & 7.

§. XVI. Montes salis contemplati fumus; nunc in-
spiciamus etiam fodinas. Testis extitit *avtonius* lib. 13. Hi-
stor. Septentr. 5. cap. *Olaus Magnus*, fodinarum in *Polonia*
ad *Bochnam* & *Viliscam* serius spectator, qui iustrandarum
harum gratiâ profectus huc, invenit tantam fodinarum al-
titudinem, (quæ primùm Anno 1251. sub *Boleslao* Rege in-
notescere cœperunt) ut scalis quinquaginta (NB. fahrten
schon zu Zeiten des Olai M.) ad illas aditus pateret. Ad-
dit insuper, vidisse se, *laboratores nudos, ob calorem instru-*
mentis ferreis opulentissimum thesaurum salis eruentes.
Eadem asseruit *Cromerus* in histor. l. 9. de *Polonia* rebus.
Conf. & Albin. Chron. Metall. f. 85. tit. 9. qui & suo tem-
pore profunditatem memorabilem ex aliorum fide firmat.
Es wird von esklichen geschrieben / daß in dem Salzwerc
in Polen eskliche hundert Klafftern tieff dem Salze nach
gearbeitet sey. Fodinarum Hartzicarum olim meritiss.
Præfectus *Lohneisen* / observavit part. 5. Ordinat. Met. cir-
ca fin. oper. Salis fossilis fodinas *Bochnæ* per milliaria 4.
distantes à *Cracovia*, profunditatis tantæ esse, ut penè hora
requiratur integra ad fundum, per dimidii milliariis spa-
cium, non sine præsentissimo periculo huc descendendi.
Addidit: Man finde da in der Teuffe des Erdreichs einen
großen Schatz voll Salzes; es liege da wie große Felsen;
die müssen die Bergleuthe in gleiche Stücke zerschlagen / die
da so groß / als Kachelöfen / welche sie Bancos nennen / die
ziehe man mit Seilen herauff. &c. De nativo sale are-
nario in campis, qualis *Armeniacus* vocatus vulgò (*Sal-*
armoniac & *Salmiac*) meretur consuli post *Dioscorid.*
C 2 lib,

lib. 5. c. 75. & *Plin.* H. N. 12. 23. ex *Scriptoribus* novissimis *Kircherus* mund. subt. lib. 6. l. 1. c. 4. *Dn. de la Chambre* lib. de caus. inundat. *Nili*, & *Alvar. Alphonf. Barba* part. 1. de generat. Metallor. c. 8.

§. XVII. Hactenus de *Sala*, ac *salinis Sale*, causâ Belli hujus impulsivâ. Principales nunc consideremus, ex utraqve parte. Hinc *Hermunduri* fuerunt, illinc *Catti*; quorum mox rimabimur antiquas sedes, si de illorum Rege (quis extiterit?) nonnihil monuerimus. *Jubillum Hermunduris* sub illud tempus adhuc præfuisse credimus. *Annalium* antecedente libro, c. 27. occasionem belli *Tacitus* commemorans: *lisdem temporibus*, inquit, *in superiore Germania trepidatum, adventu Cattorum, latrocinia agitantium*. Libro 13. sequenti, c. 57. latrocinando deditos affirmat *vi traxisse flumen gignendo sale foecundum; super libidinem cuncta armis agendi*. Suprà itidem *Annal.* 12. 29. Per idem tempus *Vannius Suedis à Druso Cesare impositus, pellitur regno*. Subjicit acutus *Scriptor*: *Auctores fuere Jubillus, Hermundurorum Rex, & Vangio & Sido, sorore Vannij geniti*. Causa pulsi *Vannij*, quod per XXX. annos prædationibus & vestigalibus auxisset Regnum. Quolo- co obiter notamus nomina *Jubillij Vangionisq.* Ille cur in *Chronic, Mansfeld.* 1. 1. c. 3. in corruptum alium detorqueatur sonum à *Spangenbergero*, non intelligimus, quid causæ? Germanissima vox *Jubel* / unde *Jubiliter*. Hæc *Vangionibus* haud dubiè vox nomen peperit; ut frustra hos vom *Wen* oder *Wunngau* deduxerit *Franciscus Iremicus*. Jam ad *Hermunduros* nos convertamus. *Propior* (ad *Danubium* respexit *Tacitus*, hæc scribens in, de *Germanor. moribus* libello, c. 41) *Hermundurorum civitas, fida Romanis, eog. SOLIS Germanorum non in ripa commercium, sed penitus, atq. in splendidissima Rhetia provincia colonia*

lonia (Augustam indicat Vindelicorum) passim & sine custode transeunt; Et, cum ceteris gentibus arma modo castrag, nostra ostendamus, bis domos villasq, patefacimus, non concupiscentibus. In Hermunduris Albis oritur; & quæ sequuntur. Vides, quanta fides à Romanis habita Hermunduris; ut soli inter cæteros Germanos, inq, splendidissima per Rhatiam colonia liberrimè conversarentur cum hominibus Latinis, & commercia sinè custode exercerent. Pertinent ad gloriam hæc antiquissimæ Hermundurorum gentis. Sed quæ illorum merces? quæ celebritas? Ferarum pelles, sal, atq,ve falsamenta. De sale non est dubitandum: de falsamentis arguit opinionem Strabo, tempore Augusti jam tum nobilis Geographus: qui non πικρὸν modò, sed τῶν τριόπων quoq, testimonio Coleri de stud. polit. epistolâ, insignem curam aluit. Sic ille in Geogr. l. 4. equidem de Sequanis ad Rhenum: ἀλλ' ἐν καὶ καλλίσταις ταῖς ἐρχείαις τῶν οὐρίων κρεῶν εἰς τὴν Ῥώμην κατακωμίζονται: ex his optima suilla falsamenta Romam perferuntur. Proximi Germanis Sequani ecquanto Danubium Rhenumq, inter spatio distabant? Haben also die uhralten Schwaben ihren Salzund Schincken-Handel über Augspurg weit und breit nach Rom wol führen können.

§. XIIII. De Albis fontibus, an in Hermunduris quærendi illi? supra egimus. Nunc gloriosæ nationis, tantum à Romanis æstimatæ, limites spectemus. Cyriacus Spangenbergcr l. 1. Chron. Mansf. f. 13. Hermunduri die Hartmänner / oder theuren Heermänner (sic ipse nominat) und streitbare Kriegsleuthe haben den Triangel innen gehabt zwischen der Elbe / Saala / und dem Böhmischem Gebürge; da ist Meissen / und ein Theil des Vogtlandes innen begriffen wird; mögen auch wol ein Stück des Böhmerlandes umb den Elbstrom bewohnet haben. Altb-

merus speciatim terminos locavit inter urbes, *Cattenbergam, Leitomeritium, Pynniam, Dresdam, Misenam, Freibergam, Chemnitium, Zviccaviam, Plaviam, Altenburgum, Lipsiam, Thuringiaq;* agrum limitaneum. *Cluver. l. 3. Germ. Antiqu. c. 28. Anhaltinatum Voilandiamq;* omnem, partem etiam *Franconia* & cum *Norimbergensi* ditione portionem *Palatinatus* adjicit superioris. Sed à mediocri itur etiam ad nimium quandoque. Ubi etenim *Narisci*, accolæ *Hermundurorum*, atqve *Marcomanni*, proximi manebunt? si hæc vera esse debent. Nobis testimonia sufficiunt *Strabonis Geogr. l. 7.* Trans *Albim* pars *Svevorum* quoque habitat, *Ερμόνδοροι καὶ Λαγκόσαροι.* Lege *Langobardi*, & intellige confinia inter *Magdeburgum, Dessavium, Islebiam, Halam, Wittebergam*: quæ *Hermundurorum* illâ parte, non universo horum tractu accenseo. *Vellej* clara illa sunt: *Semnonum Hermundurorumq;* fines *Albis* præterfluit. *Hist. l. 2. c. 106. 2.* *Tacitiq;* in *Hermunduris* oritur, aut potius sufficienter fluit, *Albis* alveo. Hæc de *Hermunduris*: de sedibus *Cattorum* præcis actum est jam supra.

§. XIX. Nobilissima *Cattorum* natio meretur diligentius scrutinium. *A. C. Cesare* non memorati, sed à *Plinio*, vocantur *Chatti*; *Cattos* appellavit *Tacitus*; hos prosequi *Hercynium*, nec non deponere, testatur *Duriora*,
 „genti corpora, stricti artus, minax vultus, major animi vi-
 „gor. Multum rationis ac solertia; præponere electos, au-
 „dire præpositos, nosse ordines, intelligere occasiones, differ-
 „re impetûs, disponere diem, vallare noctem, fortunam in-
 „ter dubia, virtutem inter certa numerare: plus reponere
 „in Duce, quàm in exercitu. — Alios ad prælium ire
 „videas, *Cattos* ad bellum. Observemus primò nomen. Pessimè à *felibus* deduxit *Hadrian. Junius*; ineptius hinc quoque

quoque Cazenellenbogen / à felis cubito, (quid autem illud monstri?) cum potius à *Catti-Meliboca* derivatio petenda sit. *Chat, Cattus, Chatz, Hass, Hess*, per elementa *ευρεταβλητα* facillimè degenerant in alia. Vox Gothica & primùm Celtica origine: *Cacz* enim, sive *Catz* venationem denotat. Venationibus in sylvis, montibus & saltibus antiqui deditissimi præ cæteris fuere *Catti*, vid. & *Robert. Sheringham*. de Orig. Angl. c. XI. p. 210. Ut jure vapulet à nobis *Spangenberger*, qui eosdem l. i. c. 13. Chron. à societate, aut consortio sic dictos judicavit. *Catti*, die *Gatten* / so sich zusammen hielten / sind / darvon die *Hessen* und *Cattenellenbogger* / *Göttingen* und *Cassel* den Namen haben. &c. Dignissima notatu eam in rem attulit *Rudbeckius* cap. de *Svevia*, *Atlanticor.* 24. f. 582. *Cattorum* nomen non tantum in plurimis *Hassie* & *Thuringie* locis, inter *Visurgim Albimq;* studios (quibus solis *Cluverius* l. 3. c. 1. *Cattos* complectitur) reliquum mansit; sed & versus meridiem haud ita procul à *Rbeno*; quod & *Tacitus* annuere videtur, satis adhuc frequens est. Sic *Cazenellenbogenses* ad utramq; *Rbeni* ripam; *Carsula* insula ad *Rbenum*, & ad *Rednizium Catzbacium*; (*Cattenhohenstatt* *Francia*;) in *Coloniensi Archiepiscopatu*, *Carsula*, *Catovicum*, *Catsdorffium*, *Cattinam*; in *Palatinatu* juxta *Bobemiam*; *Catzwang*, *Catsdorffium* in *Hassie*, *Catzberg*, *Cassel*, *Cattenburg*, *Cattengravium*; ut de reliquis non dicam. *E Cattorum* populosa pariter & bellicosa gente magna prodit *Francorum* pars, postea pars *Thuringorum*. Vis *Cattorum* denique dispersa per tot nationes transiit in *Thuringos* partim, partim & *Francorum* jura regimenq;. Orta inter *Cattos* etiam seditione, *Francis* juncti *Salij* fuerunt ad *Daventriam*. Testatur adhuc monumentum aliquod lapideæ insculptum portæ verus cum epigraphâ, *Fortunæ* simulacri addito;

Me

*Me Duce Cattorum gens seditione coortâ
 Hæc, Patriam fugiens arva inarata subit.
 Atq; meo Daventurium de nomine dictum,
 Plus mille ante annos menia parva locat.*

Pluria, quæ penè sunt innumera, de Cattis, non persequimur; uberiotâ cupidum legendi ad Dilich. Chronic. Hass. & Winckelmann. in Annal. Hassiæ remittimus.

§. XX. Superest, ut votum & sacros voto, id est, per execrationem immolatos hostes etiam consideremus. De his ita Tacitus præsentem loco: *Victores (Hermunduri) diversam aciem Marti & Mercurio sacravere; quo voto equi, viri, cuncta victa occidioni dantur.* Idem noster alibi, de Germanor. morib. c. 9. *Deorum maxime Mercurium colunt; cui certis diebus humanis quoque hostijs litare, fas habent. Herculem & Martem concessis animalibus placant.* Disertiùs agendum hic de ἀνθρωποθυσία. Undecunqve innotuerit Germanis, stulta sua numina placari victimis humanis oportere, verisimile videtur, nec à Romanis, neqve Grecis, sed nec Gallis, primis inventoribus abominabilem fluxisse consecrationis ritum hunc. Lactantius lib. 1. fals. Relig. c. 21. *Apud Cypri Salaminem humanam hostiam Jovi Theucus immolavit: idq; sacrificium posteris tradidit; quod est nuper Hadriano Imperatore sublatum.* Erat lex apud Tauros, inhumanam & feram gentem, uti Dianæ hospites immolarentur: & id sacrificium multis temporibus celebratum est. Galli HESUM atq; TELLATEM humano cruore placabant. Nec Latini quidem hujus immanitatis expertes fuerunt: siquidem Latialis Jupiter etiam nunc sanguine colitur humano. Huc Poëtæ respexerunt etiam; Juvenalis satyr. 15.

Illud

— — *Illā nefandi Taurica sacri
Inventrix, homines, ut jam quæ carmina tradunt
Digna fide credas, tantūm immolat.* —

Pariter *Lucanus* i. *Pharsalic.* lib.

*Et quibus immitis placatur sanguine caeso
Teutates, horrensq; feris altaribus Hesus.*

Conf. & Prudent. lib. contra *Symmach.*

§. XXI. Sic *Hesus*, *Teutates*, sic *Latialis Jupiter*, nec non *Saturnus* culti victimis humanis. Jam quid *Hesus* aliud, quàm *Herculem*, aut *Martem* notat? *Hercules*, *Mars* item fortis; fortem in Ebræa lingua מרדכי *Hesus* denotat. *Edesse* in *Mesopotamia* in *Solis* templo *Sol*, *Mercurius* & *Mars* (quem *Æzizum*, Αἰζίζον vocabant,) colebatur; teste *Juliano*, improbo apostata, in, ad *Solem* hymno. *Teutatem* *Mercurium* significare, præter multa alia, hæc quoq; arguunt, ap. *Livium* lib. 26. hist. c. 44. *Versus* *Scipio* in tumultum, quem *Mercurium* *Teutatem* appellant. De hoc *Theut*, *Teutate* ac *Thot* dicta multa alibi. Mirum, cur autores *Gallos* tantūm nominet barbariei hujus *Cicero*, oratione pro *Fontejo* scribens: *Galli* si quando aliquo metu adducti *Deos* placandos esse arbitrantur, humanis hostijs eorum aras funestant. Quis enim ignorat, eos usq; ad hanc diem retinere illam immanem ac barbaram consuetudinem hominum immolatorum? Cur autem refert *Plinius* ad Ann. U. C. 657. *Corn. Lentulo*, & *P. Licinio Crasso* Coss. Senatusc. factum esse, ne quis homo amplius immolaretur? *Conf. & Sveton.* qui nec sub *Tiberio*, sed sub *Augusto* interdictum, ait, civibus, ne immolarent hominem. A *Claudio* autem diram hanc immanitatem penitus sublatam esse; quam ad *Hadriani* tamen tempora *Lactantius* extendit. Manifesta latis sunt *Minutij Felicis* verba in *Octavio*, ad

D

quem

quem locum multa *Elmenhorstius* in notis doctè commentatus est; *Romani* *Græcum* & *Græcam* *Gallum* & *Gallam* sacrificio viventes obruere. Simile quid *Livius* hist. 22. & *Plutarchus* in *Marcelli* vita memorat; uterque nihilominus (ut verum fatear,) demissas in boario sub terra foro hostias humanas, minimè Romanum sacrum nominat. Sed cur *Erechtus Atticus*, & *Marius Romanus*, filias ipsi suas, is *Proserpine*, hic diis *Averruncis* mactaverunt? Cur *Decius Mus* ipse Consul victimam se obtulit pro exercitûs salute. Cur porrò ita *Livius* clarissimè? Mos fuit quondam cum aliis *Italibus*, tum *Romanis*, ut res magnas inchoaturi, aut ubi res suas in periculo versari cernerent, voverent, quæcumq; proximo vere nata essent apud se animalia, dijs se immolaturos: unde id ver sacrum dictum est. Sacrum insuper *Samniticum* pecudibus commistum sanguinem humanum memoravit *Livius* histor. lib. 10. Idemq;ve alibi (8. libro,) *Qui se devoverit Vulcano, sive cui alij divo devovere volet; sive hostiâ, sive quo alio volet, jus esto.* &c. Reprehenderant videlicet in aliis, quod tamen ipsi sæpius *Romani* patravere. *Latialis* quippe non ignotus *Jupiter*; ut verè in *Octavio Minutius* citato ante loco: *Hodièq; ab ipsis Latialis Jupiter homicidio colitur: & quod Saturni filio dignum est, mali & noxij hominis sanguine saginatur.* Ad quem modum quoq;ve *Atthanasius* adversus gentes: *ἡγὼ οἱ πάλαι δὲ Ῥωμαῖοι τὴν καλέμενον Λατῖαν εἰς ἀνθρώπων θυσίας ἐθροῦσενσαν.* *Tertullianus*, itidem adversus *Gnosticos* c. 7. *Et Latio in hodiernum Jovi media in urbe humanus sanguis ingustatur.* vid. & *Porphyr.* *Ἐπι ἀποχῆς ἐμψύχων*, l. 2. p. 35. *Tatian.* contra *Græcos* f. 287, *Lactant.* l. 1. c. 21. *Prudent.* contra *Symmach.* lib. 2. p. 374. De *Saturno* pluscula seorsum annotavimus ad *Tacit.* de *Germanor.* morib. c. 9, p. 151, seqq.

§. XXII. Δεισι-καὶ Ἰουδαϊσμοῦ hujus fontes si inve-
 stigemus, ultra votum *Jephtæ* & *Ammonitarum* Regis fa-
 ctum progredi ulterius oportet ad *Molochum* usque. No-
 tum est videlicet, à *Scythis* & *Ægyptijs Phœnicibusq;* *Thorum*
 & *Saturnum* victimis placatum talibus fuisse. *Tertul-*
liani verba notabilia in *Scorp.* c. 7. *Scytharum Dianam,*
aut Gallorum Mercurium, aut Afrorum Saturnum ho-
minum victimâ placari, apud seculum liquet. Speciatim
 ista *Thracibus* adscripsit *Florus* l. 3. c. 4. *Litare eos dijs san-*
guinem humanum, bibere ex ossibus capitum: quæ verba
 luculenter explicavit *Zevcotius* hûc loci. De *Thor, Tho-*
rane, multa admodum *M. Adamus Bremensis,* atq; post *Job.*
Magnum in *Histor. Sveon Rudbeckius Nobiliss.* in ope-
 re *Atlantic.* ubi & effigiem in tabulis saxorum monu-
 menti erutam repræsentavit. *Afrorum* nomine *Ægyptios*
 in primis & *Phœnices* intellectos voluit *Tertullianus.* Im-
 molare hospites non *Tauris tantum Ponticis,* sed & *Ægy-*
ptio Busiridi in more ponebatur; testibus *Apollodoro* lib.
 2. *Biblioth.* p. 104. *Isocrate* in *Busirid.* laudatione. *Phylargirio,*
 in 2. *Georg.* fol. 8. *Statio* in *Thebaid.* & *Servio* in 3. *Ge-*
org. p. 120. nec non *Freulph.* l. 2. *Chron.* c. 9. E Patribus
 testatur *Atbanasius* Orat. advers. *Græc.* Φοίνικες τὸν Κρόνον
 ταῖς τεκνοθυσταῖς ἐθροσκίον. *Eusebius* in, de *Constantini lau-*
dibus Oratione: Κρόνω γὰρ Φοίνικες καθ' ἑκάστην ἔτη ἔθυσον
 τὰ ἀγαπητὰ καὶ μονογενῆ τῶν τέκνων. *Pescennius Festus,*
 apud *Lactant* l. *Instit. divinar.* 21. *Carthaginenses* refert, *Sa-*
turno hostias humanas solitos fuisse immolare. Res hûc
 redit: *Cacodæmonis* malitiâ & κακοζηλία solenne divi
Abrabami factum, sed infectum, per historiarum tradu-
 cem manasse ad prophanos homines. Ac ne de *Jephtæ*
 voto quid adjiciam, certissimum est sanè, ad posteritatem
 omnis ævi, omnis gentis, propagatam execrationem Nu-
 minis

minis adversus *Cananeos* veteres omnimodæ occidioni destinatos esse. Quam in rem quædam attulit *Maimonides* in *More Nebochim* l. 3. c. 38. R. *Joseph. Karo* in cap. 6. *Mischna Thora*, R. *Simeon* in *Jalckut*, & R. *Salom. Jarabi*.

§. XXIII. Quis nunc miretur igitur, ad nostros etiam *Germanos*, olim barbaros, hunc cultum barbarum fluxisse. Ut *Hermunduri Cattorum* eqvos, viros, cuncta victa dederint occidioni, juxta voti formulam, *Mercurio ac Marti*. Sic & *Bructeri* antiqui in *Hercynia*, *Hartzburgi* *δαμνοφόντων Saturnum*, qui *Crodo* illis nominatus, & humanis cultus hostiis, venerabantur deum suum; pariterque *Slavi* ap. *Adam. Bremens.* l. I. Chron. c. 6. *Albinus* auctor est in *Chronic. Misn. tit. XI. f. 151.* à *Gardelebensibus* (unde *Gardeleben* / quasi *Crodeleben* / domus scil. *Crodonis* dicta sit,) idolum illud olim quoque adoratum esse. Diesen Abgott soll *Carolus M.* zu *Hartesburg* bey *Goslar* gefunden haben / und da er gefraget / wer ihr Gott wäre? haben sie geschrien: *Crodo! Crodo!* darauf *Carolus* geantwortet: *Es ist der Crodo Teuffel!* davon das Sprüchwort herkommen / so auch in *Thüringen* bräuchlich gewesen: *Wanne / Wanne / Crodo Teuffel!* De *Francis, Herulis, Saxonibus*, in vita *S. Antonij* commemorat *Ennodius*, multiplices crudelitatis species, belluarum more ipsos peregisse, ac humanâ cæde cultum eluisse. *Gotbis* antiquissimis *Job. Magnus* in *hist. Gotbor.* l. I. c. 9. tribuit. asperriamâ culturâ eos *Martem* placavisse morte captivorum nempe; quod opinarentur, præsidem bellorum aptius cruore hominum propitiari. In somnio Sapiientis facinus horrendum prodidit memoriæ cælorum hominum in arâ subterranea Senator *Petrus Firmianus*. Videatur ejus *Gyges Gall.* Hæc de sacratissimo *Hermundurorum* voto.

§. XXIV.

§. XXIV. Tandem & eventum speculemur; quo de Noſter in tredecimo Annali cap. penultimo: *Bellum Hermunduris proſperum, Cattis exitioſius fuit. Quia victores diverſam aciem Marti & Mercurio ſacravere. -- Et minæ quidem hoſtiles in ipſos vertebantur.* Plurimas & intulerunt *Catti* clades aliis, & paſſi iterum ab aliis, æterni *Cheruſcorum* hoſtes. *Tac. Annal. 12, 28. Batavorum conditores; Tac. Hiſt. 4. 12. Fofos pariter vicerunt. Cæſi graviter à Vangionibus Nemetibusq; ſimul, 12. Ann. 27. hic ab Hermunduris, ut olim à Germanico & Silio; Annal. 1, 56. conf. l. 1. c. 7. & 14. Exitii Cattorum cauſam præſupponit Tacitus, quòd victor populus diverſam aciem devoverit Mercurio & Marti.* Vide, quaſo, cacodæmonis hic etiam aſtutiam! Impreſſerat mancipiis ſuis, proſperè tum demum prælia catura, ſi pro victimis devoverentur hoſtes. Veri Numinis æmulabatur morem; cum id interneccionem *Cananaæ* gentis in mandatis *Jofua* dediſſet ſapius, & hanc Heros invictiſſimus exemplis multis horribilibusq; comprobafſet. vid. *Jof. c. 10. 11. 12. & c. Iphigenia Agamemnonis & Clytemneſtræ filia Jephthigenia* drama revocans in ſcenam, ſanguine humano iram *Scythicæ Diane* mitigandam docuit. Prolixè illud argumenti perſecutus *Lilius Gregorius Gyraldus* in *Hiſt. Deor. eſt, ſyntagm. XII. f. 509. ſeqq.* Nos bello de *Salinis* valedicimus; *Hermunduris Cattisq;* noſtris apprecati pacem, ſoli Deo gloriam tribuimus.

NB. ad §. IV. notat. 2. * * refer, hæc ſeqq. ex *Spangenberg. Chron. Mansfeld. Cap. 39. f. 39.* Anno Chr. LX. æſtate mediâ prælium ingens inter *Hermunduros, Albis* accolæ & *Sala*, interq; *Cattos*, qui ſaltum *Thuring. Haſſiam, Hercyniaq;* portiones incolebant, accidit, propter *Salinas ad Salam Halenſes, &c.*

CON-

CONTENTOR INDEX.

§. 1. Sal, Sole/Salts/ unde? *Celtica*, non *Græca* vox. 2. Hall/ Hala, Halla, quid significet? *Cass. Barthii* iudicio, nec non *Cluveri*; *Hällebarde* quid? 3. Civile bellum de Salinis maximum inter finitimos Germanos, acceptissimum Romanis. 4. *Spangenberg.* de bello hoc sententia, indigitata asterisc. sistitur à fine. Quo tempore sit gestum? demonstratur. 5. Locus, ubi pugnatum, ad *Salam.* 6. An saltus *Thuring. Bacenis* sylvæ? 7. Fontes *Albis* & *Egræ* ubi? 8. Tractus *Elbogani* genius, an falsus? Definitur pro *Hermunduror.* sedib. ad *Salam.* 9. Causa belli hujus impulsiva. Proventus salis an ex *Sala*? 10. Negatur. Fontes *Sale* an ex *Pini-fero* scaturiant? Negatur, contra plerosq; Scriptores. Vox *Sale* *Celtica*, quid notet? A *Sala Salii*, & *Salici.* 11. *Halensum* Salinar. fontes quot, & qui? ab *Hermunduris Slavisq;* An ex lacu falso *Mansfeld. Halensium* salinæ orientur? Sal generatur, & multiplicatur. 12. Quædam singularia de lacu isto falso, quâ itur *Islebiam.* His illud adde memorabile, quòd piscatorum retia demissa ibi altius, velut igne exarsissent, sale acriori & bituminoso adurantur. Quod phænomenon ex *Langii* Elementis Geogr. petitum admiratus nuper *Paulus* est *Casatus, Placentin.* Dissert. XI. de Igne. 13. Salinæ in Germania enumerantur singulæ. Peculiaria de Salinis tribus. 14. Modi salis extrahendi varii. 15. Sal fossil. & montan. 16. Fodinæ salis profundiss. *Polon.* Sal *Ammoniac.* 17. *Hermunduror.* Rext. t. fides, merces. Suilla falsamenta misere *Roman.* 18. *Hermunduror.* limites. 19. *Cattor.* idiomata, nomen & celebriora loca. Inde *Franci.* Votum *Hermunduror. Germanor.* sacra. 20. Unde hauserint *Germani ἀβρωποφωία*, usitatissimam, *Romanis, Scythis,* & in Oriente notam? 21. *Moloch, Thor, Teut, Hesus,* explicantur. 22. *Saturnus, Crodo, Mars.* 23. Eventus belli præliq;ve gloriosus pro *Hermunduris,* exitiosus bellicosus *Cattis.* Clausula.



1077
71 2

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

Kodak
LICENSED PRODUCT
Black

KODAK Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2000

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



ELIUMq;

1903315

Π m
1450^a

NIS,

ermunduros

olim,

. *Annal. lib.*

57.

CHMAJERUS,

æ,

CVIII.

Æ,

DTERI, Acad. Typ.

35

